


Exemplum. Salvi conductus.
Tartaris dati.

Joannes in Zloczow Sobieski Magnus
Regni Mareschalcus, Dux Campestris exer-
cituum Regni, Savoroviensis, Itrviensis, Ca-
lusiensis Gubernator. Notum facio omni-
bus quorum hæc scire interest. Quoniam con-
clusi sunt (quod felix faustumq; sit) tractatus
ad Podhaytzas habiti inter S. R. M. totamq;
Remp. et Celsiss: Kamum Percepensem omnesq;
Ordas (districtus) Crimenses et utriusq; nationis
copias quos ego quidem S. R. M. et Rcip. Illu-
striss: verò Sultanus Galga Celsiss: Kami no-
mine subscripsimus. Ideo amicitiam firmam
servare par est. Cum autem captivos retineant,
ad eos educendos debita ipsis ubiq; in itinere
prebeatur securitas, pariter ut qui Samboniam
ad liberandum captivum ex ipsis tendunt duo
Tartari, liberum ubiq; transitum his literis
exhibitis habeant, postulo et peto. In cuius rei-
fidem. 

In Castris ad Podhaytzas d. 18 Oct. 1664.

